¶ Ponit scdm modū: et dicit qd alio modo erit quedam generatio et non simpliciter qualiscūqz materia erit. id est si habeant aliquā naturam id in qd est corruptio dūmodo habeat aliquē defectum. Illud enī cuius differentie magis significant hoc aliquid magis est substantia. Illud autem cuius differentie magis significant priuationem magis est non ens. Sicut calidus est quoddā predicamentum. id est quoddā affirmatū sine priuatione et est species: id est forma: frigiditas autem est priuatio: his autem differentijs differunt terra et ignis. Si autem terra est naturaliter frigida ignis naturaliter calidus: et ideo ignis est magis substantia: terra autem magis accedit ad non ens. Primo autem o3 cōsiderare quō hic dicatur qd frigiditas sit priuatio: eū frigidū et calidū cōtrarie opponant: cōtrariorū aut vtrozūqz est natura aliqua: aliqñ nō essent in eodez genere: nāz priuatio et nō ens nō est in genere. Dicēdus autem est qd sicut ostēsum est in. io. metaphy. Oppositio priuationis et habitus est pncipiū oppōnis cōtrariorū: et id semper aliud cōtrariorū est cū defectu et priuatione quādam respectu alterius. Dicē ergo frigidū priuatio: nō qz sit priuatio pura: sicut cecū et nudus: sed qz est qualitas deficiens respectu calidi. vñ in hoc differt iste modus scdm a pmo. Nā pmo modus accipiebatur fm differentia entis: et nō entis simpliciter. Dic autem accipit fm differentia entis perfecti et imperfecti. Secūdo opz cōsiderare: quomodo hic dicatur qd terra et ignis differat his differentijs. s. calido et frigido. Opz tert. n. hoc intelligi de differentijs substantialib: alioquin nō pertinerēt ad generationē et corruptionē: s3 magis ad alterationē: pncipia differentia substantialiū qd sunt constitutive spērū opz esse formas subales: qd sunt specificę: fm B ergo sequitur qd calor et frigus sint forme subales ignis: et terre: qd est oio impossibile. pmo gdes: qz nō est pole qd idē sit in vno accēs: et in alio forma subalis nisi equo ce dice ref. Calidū aut et frigidū in alijs corporib: sunt accēa de gbus tñ vniuoce dicunt cū elemētis: ex quoz mixtione in eis hōs qualitates iueniuntur. Non ergo potest esse qd calidū et frigidū in elemētis sint forme subales. 2: qz nulla forma subalis ē sensu pceptibilis: s3 solū intellectu: cui obiectū est qd qd est: vt dicit in. 3: de anima. forme aut qd sunt seu pceptibiles sunt qditates speciei: qd ob id dicuntur passibiles: qz sensib: iferūt passioes: vt dicit in pdicamētis. Cuz igitur calidū ignis et frigidū terre vel aq sint sensu pceptibilia nō possunt eē forme subales. Dicēdū est ergo qd sicut habet ex octauo meta. dñe subales: qz sūt ignote per dñas accidentales manifestant: et ideo multoties vtimur dñatys accidentalibus loco substantialiū: et hoc mō pbs hic dicit calidū et frigidū esse formas substantiales ignis et terre. calidū enim et frigidū cuz sint pprie passioes horum

T. cō. 15

T. cō. 5.

De generatione et corruptione.

corporum sunt proprii effectus formarum substantialium eorumdem. Et ideo sicut alie cause intelligibiles inorescunt per effectus sensibiles et perfectione calidi et imperfectione frigidi perpendimus quod forma subtilis ignis est perfectior quam forma subtilis terre. Omnes enim forme subales differunt secundum magis et minus perfectus. unde in 8. metaphy. dicitur quod species rerum sunt sicut numeri: quorum species variantur secundum additionem et subtractionem: potest etiam dubitari de hoc quod dicitur quod cuius diffinitio magis significat hoc aliquid magis est substantia: cum tamen dicatur in predicamentis quod substantia non suscipit magis et minus: sed dicitur quod per se non intendit significare intensiorem et remissionem substantie in predicamento substantie: sed maiorem et minorem perfectionem in speciebus substantie secundum dictam formarum differentiam.

2. co. 10.

19.



Magis autem magis multis sensato et non sensato differre. Quando quidem. n. in sensibile transmutatur et in materia generari incipit. Quando autem in non materia corrumpitur. **E**ns. n. et non ens in sentire et non sentire determinatur: quemadmodum quidem scibile ens. ignotum autem non ens. sensus enim scientie habet virtutem.

Circa hec tria facit. primo ponit modum secundum quem aliqui assignant differentiam generationis et corruptionis simplicis et secundum quid: secundo ostendit hanc falsitatem. ibi. (Quemadmodum ergo.) Tertio comparat hunc modum secundo. ibi. (Contingit itaque.) Dicit ergo primo quod multis videtur simpliciter generatio: et secundum quid magis differunt per hoc quod est magis et minus sensibile quam secundum perfectionem et imperfectionem suarum differentiarum: sicut in secundo modo dicebatur. Dicunt enim quod aliquid transmutatur in materia que bene potest sentire: tunc generatur aliquid simpliciter: puta quando aliquid transmutatur in terram vel in aquam. Quando autem transmutatur aliquid in id quod non est manifestum sensui dicunt illud corrumpi simpliciter: puta in aere: et horum ratio est: per hoc quod determinabatur aliquid ens et non ens: ex hoc quod non sentitur vel sentitur: existimantes id quod solus sentitur esse ens: et hoc ideo: quia apud eos non differunt sensus ab intelligentia: sicut quidam posuerunt: ut dicitur in libro de anima: et ideo utuntur sensui: ac si haberet virtutem intellectiue scientie: que est capax aequaliter omnium entium. unde scibile ens est: ignotum autem non ens.

Deinde cum dicit. **Q**uemadmodum igitur illi in sentire et posse sentire vivere et esse existimant: ita et res modo quodam prosequentes veritates. **I**d autem dicentes non verum.

Ostendit falsitatem huiusmodi sententie: et tales sicut existimabant animalia vivere et esse in hoc quod actu sentiunt vel possunt sentire: ita existimabant res esse in hoc quod sentiuntur vel possunt sentiri: ac si sensus esset perfectio rei sensibilis: sicut est perfectio sentientis: et in hoc quodammodo prosequerentur et destruebant veritatem rerum. Nam cum verum dicatur aliquid ex eo quod est si esse rerum consisteret solum in sensibus: nulla veritas esset in rebus: sed in solo sentiente: hoc autem non est verum: quia sic nulla veritas esset in rebus. unde subtrahentes veritatem rerum dicunt non verum. **D**einde cum dicit.

Contingit utique. **N**am secundum opinionem et secundum veritatem aliter et generari simpliciter et cor-

rumpi. **S**piritus quidem enim et aer secundum quidem sensum minus sunt. **I**deo et quecumque corrumpuntur simpliciter in huius transmutatione hec corrumpi dicuntur. **G**enerari autem quando est intangibile ut in terram mutatur: secundum veritatem autem magis hoc aliquid et species hec quam terra.

Comparat hunc modum secundo et dicit quod aliter contingit generari simpliciter et corrumpi secundum opinionem que pertinet ad hunc tertium modum et rei veritatem quam tangit: secundum modum: quia spiritus. i. aer et ventus minus sunt secundum sensum: id est si iudicetur esse rei ex hoc quod sentitur: et ideo quecumque corrumpuntur dicuntur secundum tertium modum corrumpi: et per transmutationem que non sentiuntur generari: aut simpliciter quando transmutatur in aliquid tangibile et palpabile: sicut quando mutantur in terram. **S**ed secundum veritatem accidit contrarium: quia aer magis est hoc aliquid et species quam terra: et est perfectius ens: et ideo secundum veritatem magis est generatio simpliciter si ex terra fiat aer quam econversum.

Esset quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionem entem. corruptionem autem simplicem generationem alicuius esse dicta est causa. **P**ropter materiam enim differre aut eo quod substantia est: aut non: aut quod hec magis. hec non: aut quod hec quidem magis sensibilis est materia ex qua et in qua est. hec vero minus est.

Epilogat que dicta sunt. et dicit quod dicta est causa quare quedam est generatio simplex: cum tamen sit corruptio alicuius: et quedam corruptio simplex cum sit generatio alicuius: hec enim differunt per materias. id est per id in quo aliquid transmutatur per generationem vel corruptionem: aut quia est substantia. id est ens vel non: sicut dicebatur in primo modo: aut quia hoc magis: hoc vero minus: quia. s. unum est perfectius ens quam aliud. quod pertinet ad secundum modum: aut quia materia ex qua et in qua aliquid transmutatur est magis vel minus sensibilis: quod pertinet ad tertium modum. **U**ocat autem hic materiam non puram: sed rem ex qua aliquid generatur vel in qua corrumpitur.

Dicunt autem hec quod simpliciter generari. hec autem aliquid solum non ex abinvicem generatione: sed secundum quem dicimus nunc modum. **N**unc quidem enim tantum determinatum est: quare omni generatione ente generatione alterius: et omni corruptione ente generatione alterius: non simpliciter attribuimus generari et corrumpi in abinvicem transmutabilibus. **Q**uod autem postea dicitur non hoc queret: sed quare discens quidem non dicitur simpliciter generari: sed quid generari sciens et disciplinatus: planta autem generari: hec autem determinata sunt in predicamentis.

Postquam ostendit quare quedam generantur simpliciter: et quedam secundum quod eorumque abinvicem generantur. **D**ic ostendit causam officie generationis simpliciter: et secundum quod in his que non abinvicem generantur: et primo determinat questionem principaliter intentam: secundo determinat quasdam questiones consequentes.

(Sed nunc querere oportet). Circa primum tria facit primo mouet questionem. Secundo soluit eam ibi. (Dic aut determinata sunt). Tertio epilogat que dicta sunt ibi. (De generatione igitur.) Dicit ergo primo quod quedam dicuntur simpliciter generari: quedam autem solum secundum quid: non secundum quod generationem ex adinuicem: ut supra dictum: ut scilicet unum eorum que ex adinuicem generantur: generatur simpliciter: aliud autem secundum quod: hoc enim est quod supra determinatum est: quare cum omnis generatio sit corruptio alterius: et omnis corruptio sit generatio alterius: non solum simili modo attribuitur generari et corrumpi in his que adinuicem transmutantur: sed unum eorum dicitur generari vel corrumpi simpliciter: aliud autem secundum quod: questio autem que postmodum. Determinanda est non hic erit: sed in his que non ex inuicem transmutantur: quare unum dicitur generari simpliciter et alterum secundum quod: puta quare discens qui fit sciens non dicitur simpliciter generari: sed secundum quod: id est sciens. homo autem vel animal quando nascitur dicitur generari simpliciter: et tamen manifestum est quod natus: et sciens non generantur ex inuicem. (Deinde cum dicit.

Sed hoc quidem hoc aliquid significat: hoc autem quale: hoc autem quantum. Quodcumque igitur non substantiam significant non dicuntur simpliciter generari: sed secundum quod fieri. Sed tamen in omnibus simplex generatio quidem secundum quod in aliquo ordine dicitur: puta in substantia quidem si ignis: sed non si terra: in qualitate autem sicut sciens et disciplinatus: sed non quando nesciens et indisciplinatum.

Soluit questionem nunc motam: et dicit quod illa quorum quedam dicuntur generari simpliciter: quedam secundum quod sunt distincta secundum predicamenta: ita quod unum eorum significat hoc aliquid: id est substantiam: aliud autem quantum: aliud qualitatem: et sic de aliis predicamentis. Illa ergo que non significant substantiam non generantur simpliciter: sed secundum quod: sicut quantitatem aut qualitates aut aliquid aliorum. Que vero significant substantiam dicuntur generari simpliciter: cuius ratio est: quia generatio est via de non esse ad esse: et id simpliciter generatur quod acquirit esse cui non presupponitur aliud esse: non enim fit quod est unde quod iam est non potest generari simpliciter. sed secundum quod. Et ideo ista quorum esse presupponit aliud esse non dicuntur generari simpliciter: sed secundum quod: esse autem accidentium presupponit aliud esse: scilicet esse subiecti: esse autem substantie non presupponit aliud esse: quia subiectum forme substantialis non est ens actu: sed potentia: et ideo ex hoc quod accipit formam accidentalem dicitur generari secundum quod: in omnibus tamen substantiis et accidentibus diuersificatur generari non simpliciter et secundum quod secundum diuersum ordinem entis ad non ens: vel perfecti ad imperfectum: aut sensibilis ad insensibile: unde quodam modo in substantia dicitur generatio simpliciter: si generetur ignis: non autem si generetur terra: et in qualitate dicitur generatio simpliciter si generetur sciens: non autem si generetur nesciens. (Deinde cum dicit.

De generari quidem hoc simpliciter: hoc autem secundum quod: et vniuersaliter dictum est in substantiis ipsis. Et quoniam generationis esse continue causa videtur materia et subiectum: quoniam transmutat in contraria: et est alterius semper

generatio in substantiis alterius corruptio: et alterius corruptio alterius generatio.

Epilogat que dicta sunt: et dicit quod dictum vniuersaliter de accidentibus et in substantiis: de hoc quod quedam generantur simpliciter: et quedam secundum quod. Et etiam dictum est quod causa continuitatis generationis per modum materie est secundum quod transmutatur in contraria: ex hoc enim contingit quod semper in substantiis alterius generatio est alterius corruptio: et e converso: nunquam enim materia est sub priuatione unius sine alia forma: in quibusdam autem accidentibus hoc contingit. Nam corpus dyaphanum est sub priuatione lucis absque hoc quod sub sit forme contrarie. (Deinde cum dicit.

Sed nunc querere oportet quare generatur aliquid semper ex corruptis alijs. Quodammodo enim et corrumpi hoc simpliciter inquit quando ad insensibile venit et non ens. Similiter generari ex non ente inquit quando ex insensibili. Sine igitur aliquo ente subiecto sit non generatur ex non ente: quare et similiter generatur et corrumpitur in non ens. Adhuc igitur non deficit generatio. Generatio enim entis corruptio est non entis. Corruptio autem entis generatio non entis.

Sed hoc non ens simpliciter queret aliquis vtrius aliquod contrarium est: puta terra et graue non ens: ignis autem et leue ens: aut non. Sed est et terra ens: non ens autem materia terre et ignis similiter. Et alia vtriusque materia erat non vtriusque generatur ex inuicem neque ex contrarijs. His enim existunt contraria: igni terre aque et aeri. Aut est quidem qualiter eadem: est autem qualiter alia. Quod quidem enim quoniam entis ens subicitur id idem. Esse autem non idem. De his quod dicitur igitur inter dictum est.

Determinat tres questiones consequentes: quarum prima est quare semper generatur aliquid ex corruptis quod supponit in hoc quod dixit: quare generatio unius est corruptio alterius: et soluit hanc questionem dicens: quia corruptio tendit in non ens: et generatio est ex non ente: ideo oportet quod generatio sit ex corruptis: et hoc ipse probat etiam ex aliorum opinionibus: quia sicut homines dicunt corrumpi aliquid quando peruenit ad insensibile: quod putant ens non esse scilicet tertius modum supra positum: similiter dicunt aliquid generari: quando ex insensibili: et non esse peruenit ad hoc quod sit sensibile: patet ergo quod secundum hunc modum id quod est terminus corruptionis est principium generationis: siue ergo sit aliquod subiectum ex quo est generatio: siue non: semper oportet quod generatio eius sit ex non ente: quod est terminus ex corruptionis: hoc enim est de ratione generationis: quod sit ex non ente: quod autem illud non ens adiungatur alteri existenti accidit generationi: quare per quod simul generatur aliquid ex non ente et corrumpitur in non ens: quodcumque dicatur non ens: sic igitur id est in quod terminatur corruptio: et ex quo est generatio: et propter hoc generatio est ex corruptis: ueniens ergo non deficit successio generationis et corruptionis: ut supra dictum est. quia generatio est quedam corruptio: scilicet non entis: et ita unum eorum semper adiungitur alteri: cum tamen in id ex quo unum incipit aliud terminet. (Secundam questionem ponit ibi. (Sed hoc non ens) potest enim aliquis

zi.

zz

De generatione et corruptio.

querere id non ens: ex quo est generatio: et in quo terminatur corruptio simpliciter: quod quidem est quodammodo ens sit aliquid quorum contrariorum: puta quod terra et graue sit non ens: sicut posuit parmenides: ignis, autem, et leue sit ens: et soluit quod non est ita: sed terra est ens: quia: sicut terra fit per hoc quod materia recipit quendam formam que facit esse in actu. non ens ergo est materia terre et ignis. Non tamen materia est non ens per se: sicut plato posuit: sed non ens per accidens ratione priuationis cui adiungitur. **T**ertiam questionem ponit ibi. (Et alia vtriusque) Utrum: scilicet istud non ens quod est materia sit aliud et aliud quod est commune his que adinuitem generantur. Et dicit quod alia est vtriusque materia: scilicet ignis et terre: si non generantur adinuitem: sicut accidit qui postea sunt et ignem et terram primas materias: oportet enim ea que ex inuicem generantur communicare in subiecto quod suscipiat formam vtriusque: et per consequens non fieret transmutatio ex contrariis inuicem: sicut supra dictum est: quia contrarietates existunt primo: et per se elementis predictis. scilicet igni terre: et aque et aeri: unde si nihil transmutaretur ex igne in aquam vel aerem aut e converso: nihil etiam transmutaretur ex calido in frigidum vel e converso: ut supra dictum est: subtingit tamen quod materia eorum que transmutantur adinuitem aliquammodo est eadem: et aliquammodo alia: subiecto. non est eadem. Et hoc est quod dicit quod id quod subicitur est idem qualitercumque sit ens: quia: si non est ens actu: sed potentia. Non est autem idem secundum esse vel rationem: aliam enim rationem et aliud esse accipit: puta est subdiuersis formis: et etiam secundum hoc ipsius quod ordinat ad diuersas formas: sicut corpus est aliud ratione secundum quod est egrotabile et sanabile: licet sit idem subiecto. Ultimo autem epilogoando concludit quod de his in tantum dictum est.

23.

De generatione autem et alteratione dicamus quid differunt. Dicimus enim has alteras esse transmutationes adinuitem. Quoniam igitur est aliud subiectum et aliud passio: que de subiecto in aliam est dici. Et est transmutatio vtriusque horum.

Alteratio quidem est quando manente subiecto sensibili ente transmutatur in eius passionibus: aut contrariis entibus: aut medijs: puta corpus sanum est: et rursus laborat manens idem: et metallum quandoque rotundum: quandoque angulare idem est.

Postquam philosophus ostendit: quare est quedam generatio secundum quid et quedam simpliciter: hic inquit de differentia generationis et alterationis. et primo exponit suam intentionem dicens: quod dicendum est de generatione et alteratione quomodo differant adinuitem: et hoc ideo quia superius dictum fuit quod generatio et alteratio sunt diuersae transmutationes adinuitem. **S**ecundo ibi. (Quoniam igitur est aliud subiectum) Exequitur propositum suum: et primo dicit differentiam generationis et alterationis quantum ad id secundum quod vtriusque est transmutatio. Secundo quantum ad subiectum vtriusque ibi. (Quoniam quidem igitur). Circa primum duo facit. primo ostendit in quibus sit alteratio. secundo in quibus sit generatio. ibi. (Quoniam autem totum). circa primum duo supponit: quorum primum est: quod aliud est subiectum: et aliud passio que nata est dici de subiecto: sicut differunt substantia: et accidentia. 2^m est quod contingit vtriusque eorum esse transmutationem. nam quandoque fit transmutatio in ipsa substantia: quandoque autem in accidentibus. Vis ergo suppositis sub-

iungit quod alteratio est quando idem subiectum sensibile: scilicet nulla transmutatione in eius substantia facta sit transmutatio in passionibus eius: scilicet aliquibus ipsius. **N**ec est differentia quantum ad hoc: vtriusque fiat transmutatio secundum contraria extrema vel secundum media: puta vtriusque de albo in nigrum vel de rubeo in palidum: ponit duo exempla. scilicet cum corpus animalis idem manens prius est sanum: et postea infirmum. secundum est quando est. alio. metallum idem manens: quandoque est rotundum: et quandoque angulare vel angulos habens. **E**t est advertendum quod primum horum exemplorum pertinet ad primam speciem qualitatis: secundum autem ad quartam: tamen philosophus in quinto physice. probat quod in prima specie qualitatis: et quarta non est alteratio: sed solus in tertia: que dicitur passio vel passibilis qualitas: et propter hoc forte signatur dicitur quod alteratio est transmutatio in passionibus: sed dicendum est quod primo et per se alteratio est in qualitibus tertie speciei: per accidentia autem mediantibus aliquibus qualitibus: et ex consequenti fit alteratio in alijs speciebus: sicut per aliquam alterationem calidi et frigidi mutatur homo de sanitate in egritudine: et e converso: et per alterationem mollis et duri perducitur corpus ad aliquam figuram.

Deinde cum dicit.

Quando autem totum transmutatur non manente aliquo sensibili: ut subiecto eodem: sed quasi ex femine toto sanguis: aut ex aqua aer: aut ex aere omni aqua: generatio iam hoc tale: cuius autem corruptio.

Ostendit quando fit generatio: et circa hoc duo facit primo assignat quando est generatio. secundo quando magis est generatio: ibi. (Maxime autem generabitur). **D**icit ergo primo quod quando est transmutatio non solum secundum passionem: sed etiam secundum totam rei substantiam: in quantum scilicet materia accipit aliam formam substantialem: ita scilicet quod non maneat aliquod sensibile quasi sit idem subiectum numero ens actu: puta quando ex toto semine generatur totus sanguis: aut ex toto aere generatur tota aqua: nulla segregatio ne aut congregatio interueniente: ut Demo. posuit talis transmutatio est vnius generatio et alterius corruptio.

Deinde cum dicit.

Maxime autem generabitur si transmutabitur ex insensibili in sensibile: aut tactu aut omnibus sensibus: puta quando aqua generatur ex aere: aut corrumpitur in aerem: aer enim valde insensibile.

Ostendit quando maxime fit generatio: et dicit quod secundum tertium modum supradictum qui accipitur secundum opinionem multorum maxime dicitur aliquid generari: quando fit transmutatio ex aliquo quod non potest bene sentiri in aliud quod est bene sensibile vel secundum tactum qui grossior est: et materialior omnibus sensibus: unde vulgares secundum ipsum maxime vident aliquid esse sensibile in quantum est palpabile: aut etiam secundum alios sensus: sicut cum aqua generatur ex aere videtur esse huiusmodi generatio simpliciter: aut quando corrumpitur in aerem videtur esse corruptio simpliciter: aer enim est modice sensibilis: tum propter sui raritatem tum quia non excellit in potentia aliqua qualitas actiua: sed passiva: scilicet huiusmodi humidum: in igne autem qui maior aere excellit qualitas actiua que est calidum: aqua autem est densior aere: et excellit in ea qualitas actiua que est frigidum. Terra autem est densissima omnium elementorum.

Deinde cum dicit.

In his autem si aliqua passio manet eadem contrarietatis in generato et corrupto: puta quando ex aere aqua si ambo dyaphana aut humida. non oportet huiusmodi passionem: sed alteram esse in quod transmutatur. **S**i autem non erit alteratio. **E**t g. musicus homo corruptus est: homo autem immusicus generatus est: homo autem manet idem. **S**iquidem igitur huiusmodi passio esset secundum se musica et immusica: huiusmodi generatio esset: huiusmodi autem corruptio. **I**deo huiusmodi quidem hec est passio hominis autem musici et hominis immusici generatio quedam et corruptio. **H**ic autem passio hec manentis: ideoque alteratio est per talia.

Remouet quaedam dubitationem: quia enim dixerat quod subiectus quandoque manet facta transmutatio: circa eiusmodi passiones posset aliquis credere quod omne id circa quod fit transmutatio aliquo adueniente esset passio illius manentis: sed ipse hoc excludit dicens. his corporibus que adinuicem transmutantur quandoque manet eadem passio: eadem etiam generatio et corruptio: sicut quando ex aere fit aqua: ambo autem sunt dyaphana. id est transparentia vel frigida: non quod aer sit naturaliter frigidus sed per accidens: non enim oportet quod huiusmodi permanentis. id est dyaphani vel frigidi: alterum in quod fit transmutatio. id est aer vel aqua sit passio: si autem non esset verum quod nunc dicimus: sequeretur quod quando ex aere fit aqua esset transmutatio: semper enim videmus quod quando id quod transmutatur est passio permanentis est alteratio: tunc autem generatio quando id quod transmutatur non est passio permanentis: et hoc manifestat per quoddam exemplum: dicitur enim quod homo musicus corruptus est quando huiusmodi amittit habitum musicum: tunc homo immusicus: id est habens priuationem musicum generatur: est: eo quod musica non est passio huiusmodi musici: cuius sit de eius ratione: similiter immusica est de ratione hominis immusici: unde homo musicus non manet ideoque numero: sed homo manet idem numero: si ergo musica et immusica non esset huiusmodi: sed esset passio de ratione: tunc enim per transmutationem musicum et immusicum fieret verius generatio alterius corruptio: et quia hoc modo est verum: ideo musica est passio hominis: sed hominis musici est generatio et corruptio: et quia homo manet: ut patet sequitur quod musica sit passio permanentis: et ideo alteratio aliqua secundum passiones permanentium: si ergo aqua et aer essent passiones dyaphani: sicut permanentis: sequeretur quod transmutatio aeris ex aqua esset alteratio.

Sed dubitatur. utrum eadem passio numero que sit altera pars contrarietatis possit esse in generato et corrupto ut supra dictum est: si enim non remaneret eadem non erit facilior transitus eorum inuicem que habet similitudinem: eo quod oportet ut utrobique omnia remoueri: similiter videtur sequi quod simile corruptum a suo simili. nam generans corrumpit id quod prius erat: si autem ponatur quod maneat eadem numero: sequitur primo quod remoto priori subiecto remaneat posterius. id est passio: et quod idem numero accidens sit in duobus subiectis. **D**icendum ergo quod non manet idem numero: sed id quod prius erat corrumpitur per accidens corruptione subiecti: recedente forma que prius erat talis accidentis: et aduenit simile accidens. sequens formam de nouo adueniente vel accedente. **E**t quod per hoc accidens non erat aliqua repugnancia in agendo et patiendo: facilior fuit transmutatio. **N**ec est conueniens quod simile corruptum sit inuicem simile per accidens corruptum subiectum vel materiam. sic enim maior flamma consumit minorem. **D**einde cum dicit.

Quando quidem igitur per quatuor est transmutatio

contrarietatis augmentum et diminutio. **Q**uando autem secundum locum latius. **Q**uando autem secundum passiones et quale alteratio est: quando autem nihil manet cuius alteratio passio et accidens: vel hec quod generatio est: huiusmodi autem corruptio.

Concedit differentiam generationis ad alterationem: et ad alias transmutationes ex parte subiecti: et primo dicit qualiter se habet ad subiectum quod est ens in actu: deinde quod ad id quod est ens in potentia. ibi. **(E**st autem hyle) **D**icit ergo primo quod dictum est quod alteratio est secundum passiones alicuius permanentis: et hoc ideoque accidit in alijs mutationibus: que fiunt secundum accidentia que adueniunt subiecto existenti in actu: quando ergo transmutatio de contrario in contrarium secundum quantitatem: puta de magno in paruum: aut e converso: est augmentum et diminutio eiusdem subiecti permanentis: eo quod quantitas aduenit subiecto existenti in actu: quando autem est transmutatio secundum contrarietatem loci: puta sursum aut deorsum est latitudo. id est motus localis eiusdem corporis permanentis: eo quod esse ubi aduenit corpori actu existenti: quando vero transmutatio secundum contrarietatem in passionibus. id est possibilibus qualitatibus principaliter: et in alijs qualitatibus ex consequenti: tunc est alteratio eiusdem permanentis: quia etiam qualitas aduenit subiecto actu existenti.

Quando vero nihil manet actu existens: cuius alterum quod transmutatur sit passio: et accidens sit quodcumque est vniuersaliter generatio et corruptio: eo quod forma substantialis: secundum quam est generatio et corruptio: non aduenit subiecto actu existenti: unde patet falsam esse opinionem quam tradidit auicebron in libro fontis vite: quod in materia est ordo formarum: ita quod primo aduenit materia forma: secundum quam est substantia: et postea alia secundum quam est corpus: et postea alia secundum quam est animalis corpus: et sic de alijs: cum enim idem sit constituere substantiam: et facere hoc aliquid: quod pertinet ad substantiam particularem sequeretur quod prima forma que constituit substantiam: faceret hoc aliquid quod est subiectum actu existens: et ita forme posteriores aduenirent subiecto permanenti: et secundum eas esset magis alteratio quam generatio secundum doctrinam quam hic Aristoteles tradidit. **E**st ergo dicendum quod sicut supra dictum est forme substantiales differunt per perfectius et imperfectius: quod autem est perfectius potest quicquid potest imperfectius: et adhuc amplius. unde forma perfectior que facit animatum: potest etiam facere corpus: quod facit forma imperfectior inanimati corporis: et sic nulla forma substantialis aduenit subiecto in actu existenti: nec presupponit aliam formam communioris realiter diuersam: que pertineat ad considerationes naturales: sed solum secundum rationem: quod pertinet ad considerationem logicam.

Deinde cum dicit. **E**st autem hyle maxime subiectus quidem propter generationis et corruptionis susceptibile. modo autem aliquo et in alijs transmutationibus: quoniam omnia susceptibilia subiecta contrarietatum aliquarum. **D**e generatione quidem igitur siue est siue non est: quomodo est: et de alteratione determinatum sit hoc modo.

Comparat predictas transmutationes secundum subiectum quod est tantum ens in potentia: et dicit quod hyle id est prima materia est maxime proprius subiectum susceptibile generationis et corruptionis: quia sicut dictum est immediate substat formis substantialibus que per generationem et corruptionem adueniunt et recedunt: sed quodam modo: id est ex consequenti et mediate subicitur omnibus alijs transmutationibus: quia subiecta aliarum transmutationum sunt susceptibilia aliarum contrarietatum que reducuntur in primam contrarietatem

De generatione et corrup.

26.71

tem que est forme: et privationis cuius subiectum est prima materia ut dicitur in primo physice. et ideo omnia alia subiecta participat quodammodo materia primam: in quantum ex materia et forma componunt. Ultimo autem epilogo dicitur quod determinatum sit hoc modo de generatione simpliciter: utrum sit vel non sit: et si est quomodo est: et similiter etiam de alteratione.

25.

De augmentatione reliquum est dicere quomodo differt a generatione et alteratione: et quo modo augmentatur unumquodque quod augmentatur: et diminuitur quodcunque diminuitur. **S**crutandum utique primum utrum solum in circa quid eorum differentia adinvicem. **U**t quoniam hoc quidem ex hoc in hoc transmutatio: ut ex potentia substantia in actu substantiam generatio est. **Q**ue autem circa magnitudinem augmentatio et diminutio.

Que autem circa passionem alteratio. utroqueque autem ex potentia entium in actum transmutatio dicitur.

Aut etiam modus differt transmutationis.

Postquam philosophus determinavit de generatione et alteratione. hic determinat de augmentatione et diminutione: et primo exponit suam intentionem dicens: quod post generationem et alterationem reliquum est dicere de augmentatione: de qua considerare oportet: primo in quo differat a generatione et alteratione. Secundo per quem modum augmentatur et diminuitur unumquodque quod augmentatur et diminuitur. Secundo ibi. **S**crutandum utique primum. **P**ersequitur suam intentionem. et primo ostendit differentiam augmentationis a generatione et alteratione. Secundo inquit de modo augmentationis. ibi. **C**irca quid autem est transmutatio. **C**irca primum duo facit. primo supponit unam differentiam. Secundo inquit de alia. ibi. **A**ut etiam modus. **D**icit ergo primo: quod primum eorum que sunt consideranda circa augmentationem est quod oportet ingredi: utrumque differentia augmentationis a generatione et alteratione sit solum in circa quid: id est in genere circa quod est quilibet istarum transmutationum: hoc enim est differentia manifesta: videlicet quod transmutatio que est ex hoc in hoc: id est ex substantia ente in potentia in substantia ente actu est generatio. **T**ransmutatio autem que est circa magnitudinem est augmentatio: postquam aliquid transmutatur de parvo in magnum. **T**ransmutatio autem que est circa passiones. id est passibiles qualitates est alteratio. **E**t quod dixerat quod generatio est transmutatio ex substantia in potentia in substantia in actu: ut idem intelligatur etiam in alijs duabus supradictis mutationibus: subiungit quod transmutatio utroqueque predictorum. scilicet magnitudinis et passionis est ex potentia in actu. **E**t etiam motus est actus existentis in potentia. ut dicitur in 3^o physice. **D**einde cum dicit.

Uidetur autem quod alteratur non ex necessitate transmutatur locum: neque quod generatur. **Q**uid autem augmentatur aut diminuitur.

Assignat aliam differentiam ex modo transmutationis. **E**t primo ponit differentiam. Secundo exponit ibi. **A**lio autem modo. **D**icit ergo primo quod in predictis mutationibus etiam modus transmutationis differt: non autem refert ut hec littera legatur iterrogative vel remissive: in hoc enim differt modus predictarum transmutationum quod id quod alteratur non ex necessitate transmutatur secundum locum. **S**icut etiam neque quod generatur: sed necesse est id quod augmentatur: aut diminuitur secundum locum transmutari: huius dicti ratio est: quia locus commensuratur locato: et hoc secundum magnitudinem: non autem secundum qualitatem vel substantiam: et ideo necesse est quod quando mutatur magnitudo locati: quod etiam fiat trans-

mutatio secundum locum: non autem quando transmutatur aliquid secundum substantiam vel secundum qualitatem: sicut autem commensuratio locati ad locum attenditur secundum magnitudinem: ita qualitas attenditur secundum formam substantialem: et ex consequenti secundum aliquam qualitatem: puta gravitatem vel levitatem: et ideo licet generatio et alteratio possit esse sine mutatione loci: aliqua tamen generatio et alteratio est causa quod aliquid moveatur secundum locum: puta cum fit ignis vel terra fit gravis vel levis: differentia autem aliarum transmutationum per comparisonem ad motum localem non est omnino per accidens: ostensus est enim in octavo physice. quod motus localis est primus principalis motus et causa aliorum motuum. **D**einde cum dicit.

Alio autem modo ab eo quod fertur: quidem enim unumquodque alterat locum: quod augmentatur quidem quemadmodum quod deducitur: hoc enim manente: particule transmutantur secundum locum.

Manifestat quod dixerat. scilicet quod id quod augmentatur vel diminuitur secundum locum. **E**t primo manifestat hoc per differentiam ad motum localem rectum. secundo per differentiam ad motum localem spericum. ibi. **N**on quemadmodum que sperere. **D**icit ergo primo quod alio modo transmutatur locum id quod augmentatur vel diminuitur: quod id quod fertur. scilicet motu recto: illud enim quod fertur. scilicet motu recto: unumquodque id est secundum se totum variat locum: illud autem quod augmentatur mutat locum: sicut illud quod deducitur: puta metallum per calcinationem: vel etiam humidum in vase per infusionem siue quocunque huiusmodi corpus quo quidem in eodem loco manet partes eius transmutantur secundum locum per extensionem vel quocunque alio modo. **D**einde cum dicit.

Non quemadmodum que sperere: hoc enim in simili loco transmutantur manente toto. **Q**ue autem eius quod augetur semper in ampliores locum: in minorem autem quecunque quod diminuitur.

Quoniam autem transmutatio differt non solum in circa quod: sed sic eius quod generatur et alteratur et augmentatur manifestum est.

Manifestat differentiam ad motum localem spericum: et dicit quod partes eius quidem quod augmentatur mutant quidem locum: sed non eodem modo: sicut partes sperere: partes enim sperere transmutantur toto manente in eodem loco: scilicet subiecto: quavis etiam totus mutet locum secundum rationem: ut dicitur in sexto physice. sed partes variant locum etiam subiecto: sicut pars celi que modo est in oriente: postmodum erit in occidente: sed talis transmutatio partium sperere sunt in simili loco: id est neque in maiori: neque in minori: sed partes corporis que semper augentur extenduntur in maiorem locum eius: quod quod diminuitur semper retrahuntur in minorem. **U**ltimo autem epilogo dicitur manifestus esse ex predictis quod transmutatio eius quod generatur et alteratur et augetur differunt non solum in circa quid: id est ex parte generis in quo sunt iste mutationes. sed sicut ex parte modi transmutandi.

Circa quid autem est transmutatio augmentationis et diminutionis circa magnitudinem autem videtur esse augeri et diminui.

Et qualiter suscipiendum. utrumque ex potentia quod

26.
58.

26.
58.

27.

dem magnitudine et corporeo: actu vero incorporeo: et sine magnitudine generari corpus: et magnitudo: et hoc dupliciter contingit dici: qualiter augmentatio sit. utrumque ex separata ipsa secundum se materia: an ex existente in alio corpore.

¶ Postquam philosophus ostendit differentiam augmenti a generatione et alteratione: incipit ingredi de modo augmenti: et primo quantum ad subiectum quod augetur. ibi (Suscipiendum itaque). Circa primum duo facit. primo mouet questionem. secundo igitur questionis veritatem. ibi (Aut impossibile) circa primum duo facit. primo proponit quod ex predictis sit manifestum circa augmentum: et querit circa quod sit transmutatio augmenti: et diminutionis: et respondet quod motus augmenti et diminutionis videtur esse circa magnitudinem. secundo ibi (Qualiter autem) ostendit quod restat ingrediendum: et dicit quod accipiendum est de cetero qualiter fiat augmentum vel diminutio: et quantum ad subiectum augmenti. primo mouet hanc questionem. utrum contingat quod per augmentum generetur magnitudo et corpus ex eo quod est in potentia ad magnitudinem et corporeitatem: ita. scilicet quod sit actu incorporeum: et sine magnitudine vel non: et subiungit primum membrum questionis: dupliciter enim potest dici quod aliqua materia actu existens sit sine corporeitate et magnitudine: vnde rationabiliter queritur si talis materia sit subiectum augmenti: qualiter ex ea augmentatio fiat: utrum. scilicet ipsa materia sine corporeitate et magnitudine existens sit per se ipsam separata existens: aut ita quod sit in aliquo corpore: non tamen pars eius: nam si esset pars eius esset subiectum corporeitatis et magnitudinis ipsius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut impossibile utrumque. Separata. n. ens: aut nullum possidebit locum ut punctus aliquis: aut vacuum erit: et corpus non sensatum. Horum autem hoc quidem non contingit. hoc autem necesse in aliquo esse. Semper enim alicubi erit quod generatur ex eo. Quapropter et illud aut secundum se: aut secundum accidens.

¶ Determinat questionem motam. et primo ratione accepta ex parte materie vel subiecti. Secundo ratione accepta ex parte augmenti. ibi (Amplius autem talis) Circa primum duo facit. primo determinat questionem predictam ratione sumpta ex parte materie. secundum quod ab ipso consideratur. secundo secundum quod consideratur a platonice. ibi. (Sed neque punctos) Circa primum duo facit: primo excludit primum membrum prime diuisionis. scilicet materia sine magnitudine existens sit in aliquo corpore. ibi. (Sed si in aliquo existat) Secundo concludit propositum ibi (Melius ergo) Dicit ergo primo quod utrumque membrum secundum diuisionem est impossibile. et primo hoc ostendit quantum ad hoc quod impossibile est materiam sine magnitudine existentem per se separata existere: quia si sit separata: oportet alterum duorum esse: quorum vnum est: quod nullus possideat locum sicut punctus: cuius non est locus: eo quod omnis locus dimensionem habet aliquam: aut oportet si materia sine quantitate existens occupet locum aliquem: quod sit aliquis locus vacuum. Nam vacuum dicimus locum non repletum sensibili corpore: vel etiam oportet quod sit quoddam corpus non sensibile. Nam vacuum nihil aliud dicebatur: nisi corpus non sensibile. Oportet enim dicere vacuum corpus propter dimensionem spacii. Non sensibile autem propter vacuitatem: horum autem duorum alterum est impossibile. scilicet quod sit vacuum vel corpus non sensibile. ¶ Si impossibile est quod materia separata existens nullum possideat locum: materia enim est ex qua generantur corpora sensibilia: sed autem ex quo corpora sensibilia generantur necesse est in aliquo loco esse: semper enim videmus quod id quod generatur ex eo ex quo generatur alicubi: id est in aliquo loco determinato. ¶ Ibidem autem est quod generatur

aliquo ubi fuit id ex quo generatur. ergo oportet id ex quo generatur aliquid secundum materiam esse alicubi vel per se vel per accidens: se quidem secundum opinionem antiquorum philosophorum ponentium materiam corporum naturaliter esse aliquod corpus actu: puta ignem aut aerem: aut aquam: per accidens autem secundum opinionem platonis: et suam qui ponent materiam esse ens in potentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed si in aliquo existit si quidem separatum ita ut nullius secundum se: aut secundum accidens aliquid sit contingunt multa impossibilia. Bico autem. A. g. si generatur aere ex aqua non aqua erit transmutata. Sed propterea quod ut in vase aqua uest materia eius cuius est. Infinitas. n. nihil prohibet materias esse. Quapropter et generari actu. ¶ Amplius neque sic videtur generari aere ex aqua ut existens a manente.

¶ Excludit secundum membrum ostendens quod materia separata a magnitudine non sit in aliquo: et primo proponit quod intendit et dicit quod si materia sine magnitudine existens ita sit in aliquo corpore separata a substantia eius quod non sit aliquid eius per se vel per accidens: contingit multa impossibilia: et manifestat hunc modum ponendi: puta si ponamus quod quoniam generatur aere ex aqua: non fiat hoc per transmutationem aque: ita. scilicet quod materia aqua amittat formam aqua: et recipiat formam aeris: sed sicut si materia aeris esset in aqua sicut in vase. Secundo ibi. (Infinitas enim) ponit rationes deducentes ad inconueniens. ¶ Quare prima est quod si in aqua per materiam est etiam materia aeris: pari ratione potest etiam esse in aqua alia: et sic in infinitum profertur: quod ex vno possint infinita generari successiue: et ita sequitur quod nihil prohibeat esse infinitas materiam in aqua: sed ex materia quibus potest aliquid actu generari: ergo sequitur quod infinita possint actu generari ex vna et eadem aqua: ita. scilicet quod quod potest generari in potentia sit potest generari actu. ¶ Secunda ratio ponit ibi. (Amplius neque sic) et dicit quod non videmus aliquid sic generari ex aliquo: puta aerem ex aqua sicut quod exit ex aliquo permanente: puta cuius vinum exit a dolio non transmutato: videmus enim quod generatur ex corrupto: sicut supra dictum est: oportet autem id quod sensibile apparet accipere: ut principium in scientia naturali. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Melius ergo omnibus inseparatam facere materiam esse: ut entem eandem et vnam numero: ratione autem non vnam.

¶ Concludit veritatem dicens quod melius est dicere quod materia in se omnibus: quod non separet ab eis tanquam nihil eorum existens. Sed quod vna et eadem numero sit materia omnium et differat solum ratione: sicut supra dictum est: et hoc non erit separata a magnitudine: sed in vnoquoque actu magnitudinis subiecta.

¶ Sed neque puncta ponendum: neque lineas corporis materia propter easdem causas.

¶ Supra philosophus ostendit quod non est possibile subiectum augmenti esse id quod nullam habet quantitatem actu: sed in potentia tantum sicut est materia: et quia quidam posuerunt materiam corporum esse quod mathematicum: ideo philosophus hic ostendit quod nihil quod caret magnitudine potest esse subiectum augmenti: caret autem quantitate in genere mathematicorum punctus quidem simpliciter: linea vero secundum dimensionem latitudinis et profunditatis. Superficies autem secundum dimensionem profunditatis: corpus autem habet magnitudinem: sed omnem dimensionem: vnde est perfecta magnitudo. ut dicitur in primo de celo. Ostendit ergo quod nihil talium: quod quocumque modo caret magnitudine potest poni materia que sit subiectum augmenti tripliciter. primo quidem propter rationes premissas. vnde dicit quod neque ponendum est puncta que caret omnino magnitudine esse corporis materia: que. scilicet sint subiectum augmenti: neque etiam lineas que secundum aliquid carent magnitudine: et hoc propter easdem causas id est propter rationes superius assigna

28

29

De generatione et corrup.

tas: quia necesse est puncta: et lineas separari per se existere: aut in aliquo corpore esse: et sic sequeretur eadez que superius seculata sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem cuius hec ultima materia est: quare neque unquam: neque sine passione possibile est esse neque sine forma.

30. **¶ Generatur quidem igitur simpliciter alterum ex altero: quemadmodum: et in alijs determinatum est: et ab aliquo: aut actu cuncte: aut homogeneos: aut homogeneos. A. g. ignis ab igne: aut homo ab homine: aut ab actu: durum enim a non duro generatur.**

¶ Determinat de modo mixtionis fm̄ p̄p̄riā op̄iones 2. primo premitit quādā diuisiones necessariā ad p̄p̄osituoz ostendendum. d. q̄ sicut supradictuz est: entium que dāz sunt actiua: quedāz passiva: ab his. s. actiuis. sed istoz quedāz cōmunicant in materia: 2. talia in agendo 2. patienti adinucē conuertuntur. Quedam vero sunt quozum non eadez materia est: 2. talius lz vnuz agar: 2. reliquuz patientiatur: non tamē in hec conuertuntur adinucē. ¶ Secūdo ibi. (Hozuz igitur nō est mixtio) p̄sequitur intentuz. Et circa hoc tria facit. p̄mo ostendit que non sunt miscibilia siue ex quibus non potest fieri mixtio. Secūdo ostendit quando: 2. ex quibus fiat mixtio. ibi. (Quādo autē potentis adequant̄.) Tertio redit iterū super p̄m̄: vt melius manifestet que nullo mō sūt miscibilia. ibi. (Nū autē aliter) ¶ Dicit̄ q̄ p̄ eoqz q̄ nō cōdicat̄ in mā nō p̄t eē mixtio: 2. iō lz medicina faciat sanitatē: nō tñ patit̄ a sanitatē: 2. iō misceri. ibi. (Nō p̄t) Neqz sanitas vel aliqd̄ accis miscet̄ corpib⁹: 2. talia imiscibilia sunt ex sui nā. Quedā at lz sint miscibilia ex sui nā: tñ p̄ accis misceri nō p̄t: 2. q̄ sint ista: aliqñ declarat. ibi. (Actioz 2. passioz). d. q̄ si multa de gñe actioz 2. passioz cōponant̄: 2. magna vis nō faciūt mixtionē: lz faciūt augmentū p̄d̄nantis: p̄ cui⁹ virtutē. aliter. s. paucuz vl̄ puū trāsmutat̄ i aliter p̄d̄nantis: 2. iō gutta vini i mille millib⁹ amphozis aq̄ nō miscet̄ cū ipa aq̄: qz forma siue species ei⁹ transmutatur 2. corūp̄itur in totaz aquaz. ¶ Deinde cuz dicit̄.

89. ¶ Quando autem potentis adequant̄ equaliter: tunc transmutatur vtrūqz in dominans in suis ipsius natura: non generat̄ enim alterum sed mediuz cōmune. Manifestuz igit̄ qm̄ hec sunt miscibilia quecūqz cōtrarietatē habent faciētū Hec sunt enī abinucēz passiva.

De generatione et corrup.

Concedit ex quibus et quando fiat mixtio: et circa hoc tria facit. primo ostendit quando: et ex quibus fiat mixtio. Secundo ostendit que faciliter miscentur. ibi. (Parua autem.) Tertio que difficulter. ibi. (Multum autem.) Dicitur quod quod potestie miscibilium adaequantur: tunc unum quodque miscibilium equaliter dicitur et unum quodque ad alterum tanquam a diversis transmutatur: et unum quodque ex suis ipsius natura secundum aliquid transmutatur nec tamen uno corruptio pro aliud generatur: sed fit mediis inde commune quod participat omnium virtutes miscibilium coniungitur: manifestum est ergo quod hec sunt miscibilia quecumque sunt de numero facientium siue agentium: et habent contrarietatem: quia hec sunt ad invicem passiva: et hoc est primo quod requiritur in miscibilibus. Contra hoc autem quod dicitur obicitur a quibusdam: quia sic miscibilium potestie adaequantur: tanta est virtus resistendi quanta est virtus ad agendum: et ita nec agere nec pati ad invicem. Item obicitur Avicenna et Algazel. dicentes: quod si miscibilia adaequantur in mixto non magis inclinabit illud mixtum sursum quam deorsum vel ad aliquam aliam loci differentiam: tunc nullum sit in ipso predominantis elementorum: et adhuc sequitur quod quod libet motus secundum triplicem magis est violentus quam naturalis: et sicut est de loco. Sequere etiam quod omnis mixtio esset una. Et ita ex sibus in quantitate et qualitate essent caro et ossa et lapis et cetera mixta. quod est impossibile. Ad quod dicitur est quod cum omnis mixtio naturalis sit propter generationem non sic sunt intelligenda verba philosophi quod in mixto sit qualitas virtutum et potentiarum ut prima ratio procedebat: nec etiam oportet quod ibi sit equalitas quantitatis ipsorum miscibilium. Sed est intelligendum quod ibi sit qualitas proportionis que requirit formam generatam: propter quod est mixtio: et per hoc patet solutio ad obiecta. Deinde cum dicitur.

Et parua autem parvis posita secus miscentur magis: facilius. n. invicem et citius transierunt.

Concedit que faciliter et bene miscentur. d. quod quando parua miscentur parvis: tunc facilius fit mixtio: quia talia facilius et citius transeunt per se invicem alterando. Deinde cum dicitur.

Multum autem et a multo tardius hoc operatur. Ideo et bene determinabilia divisibilia et passivorum miscibilia. Biniduntur enim hec in parua facilius. hoc enim est bene determinabile esse. A. g. humida miscibilia maxime corporum. Bene determinabile. n. maxime humidum divisibilia: si non viscosum sit: hec etenim utriusque ampliores et maiorem solum tumorem faciunt.

Concedit que tarde: et de difficili commiscentur. d. quod quando multum miscetur multo: tunc tardius et difficiliter commiscentur. et hoc ideo: quia difficiliter ad invicem alterantur et tardius transeunt per se invicem. Requiritur etiam ad facile mixtionem quod miscibilia sint bene terminabilia ad invicem passiva: et hoc ideo quia bene terminabilia. cum sint subtilia et humida facilius dividuntur in parua que facilius commiscentur quam magna: hoc enim est bene terminabile: quod est bene divisibile in parua. v. g. humida que sunt inter cetera corpora bene miscibilia: et hoc ideo quia humidum inter alia corpora est magis divisibile in parua: nisi illud humidum sit viscosum: quia sicut dicitur in quarto meteororum: partes humidi viscosi coadherent: sicut glutinum: propter mixtum eis subtiliter siccum quod apprehendit undique humidum: et non sinit elabi oleum: quando vero aque admiscetur: quia lubrica simul iuncta vel lubricum humido compositum augere tumores siue quantitates: sed non miscetur ei sic quod quolibet pars eius alteret et alteretur ab eo ad mediam naturam mixti. Deinde cum dicitur.

Quando autem alterum solus passivus erit: aut vehementer: hoc autem valde parum: aut nihil amplius mixtum ex ambobus aut parum quod contingit circa stannum et es.

Quedam enim balbutiuntur ad invicem et epa forerizant. Videntur enim qualiter et mixta remisse. Etenim alterum quidem susceptibile: alterum autem species quod in his contingit: stannum enim ut passio aliqua sine materia eris pene eua nescit mixtum omne colorans solum. Idem autem hoc contingit in alijs

Ostendit iterum primum ut melius declaret que sunt que nullo modo misceri possunt. d. quod quando solum alterum est passivum: ita quod non agat in alterum talia nullo modo miscentur: et hoc est quando miscibilia non communicant in materia. Quando vero communicant in materia: sed unum vehementer agit et alterum vehementer patitur: et non tantum agit quantum primum: neque talium potest esse mixtio: vel si est aliqua parum relinquet de eo quod vehementer patitur: sicut patet in stanno et ere. Si in ere liquefacto miscetur modicum de stanno: tunc stannum per vehementiam actionis eris evaporat: et nihil forte remanet: nisi calor qui dam: et est simile balbutientibus qui una littera prolata aliam distincte non proferunt: idem et contingit in multis alijs. Deinde cum dicitur.

Manifestus igitur ex his que dicta sunt quod est mixtio: et quod est mixtio: et quare est: et que sunt miscibilia entium: quoniam sunt quedam quasi passiva ad invicem et bene determinabilia et bene divisibilia. Hec enim neque corrupta esse necessarium quando mixta: neque adhuc simpliciter eadem esse que prius. Neque compositiones esse mixtionem eorum: neque ad sensum. Sed est miscibile quidem quodcumque bene determinabile ens: passivum fuerit et actuum et tali miscibile est: ad omniomerum enim miscibile. Admixtio autem est miscibilium alteratorum unum.

Recapitulat que dicta sunt de mixtione per quod etiam quare ta questio declaratur que fuit primo proposita in principio huius capituli. d. manifestum esse ex his que dicta sunt: et quod est mixtio: et quid est: et quare est: quia propter passionem et actionem contrariorum: et dictum est etiam que sunt miscibilia: quando ista passiva ad invicem: et bene terminabilia: et talia sunt bene divisibilia. Dicitur etiam quod ad hoc quod sit mixtio: necessarium est quod miscibilia non sint simpliciter corrupta: nec sunt simpliciter eadem ut prius: sunt enim corrupta quantum ad formas et remanent quantum ad virtutem. ut supra ostensum est: adhuc etiam ostensum est quod mixtio non est compositio minimorum secundum naturam sicut dicebat una opinio: nec minimorum secundum sensum: ut dicebat alia: talia enim minima non sunt miscibilia. Sed illud est miscibile: quod cum est bene determinabile actuum et passivum: et illud admiscetur cum tali miscibili est miscibile ad omniomerum. i. facit cum alio mixtum: quod est eiusdem rationis in toto et in partibus. patet etiam quod mixtio est miscibilium alteratorum unum: que quidem alteratio solus est intelligenda in virtutibus siue qualitatibus eorum: sed si etiam alteratio sumatur improprie mixtio est miscibilium alteratorum: id est corruptorum et formas unum.

Liber Secundus.



De mixtione quidez igitur et tactu: et facere et pati dictus est quo modo existat transmutabilibus secundum naturam. Amplius autem de generatione et corruptione aliqua et simpliciter: et quo modo est: et propter quam causam. Similiter autem et de alteratione dictum est quid est alterari: et quam habet differentiam eorum. Reliquum autem considerare circa vocata elementa corporum. Generatio quidez et corruptio omnibus natura subsistentibus substantiis est non sine sensibilibus corporibus.

Divus Thomas Aquinatis sacri ordinis predicatorum Aristotelis clarissimi ac fidissimi Commentatoris in secundus et ultimum librum de generatione et corruptione preclarissima commentaria.

Postquam philosophus in primo libro determinavit de generatione et corruptione in communi: et de motibus consequentibus scilicet de alteratione et augmento. Nunc in secundo libro determinat de generatione et corruptione in speciali. scilicet de generatione et corruptione elementorum. Et circa hoc duo facit. primo recapitulat ea que dicta sunt in primo libro: et continuat dicta dicendis dando intentionem. **S**ecundo prosequitur intentum ibi. **D**icit autem subiectam. **D**icit ergo primo quod dictus est iam in primo libro de mixtione et de tactu: et de facere et pati quomodo existit his que transmutantur secundum naturam. Amplius etiam dictum de generatione et corruptione quod est: et propter quam causam. **S**ilicet etiam dictum est de alteratione quod est: et in quo differat a generatione et corruptione. **R**elinquit autem in hoc secundo libro considerare de corporibus que elementa vocantur antequam considerare in libris de generatione et corruptione corporum specialium sicut lapidum et metallorum et plantarum et animalium: et hoc ideo quod omnes substantie que generantur et corrumpuntur non sunt sine istis sensibilibus corporibus. scilicet quatuor elementis. **D**icunt autem elementa antonomastica sensibilia: quod eorum ordo siue principia que sunt quatuor qualitates. scilicet calidum frigidum humidum et siccum sunt cause omnium aliarum qualitatum tangibilium. **D**einde cum dicit.

Horum autem subiectam materiam: bi quidem esse inquit unam: ut puta aerem ponentes: aut ignem aut aliquod medium. **H**orum aliquod et corpus ens sepabile: bi autem plura per numerum uno. **B**i quidem ignem et terram. **B**i autem et hec et aerem tertium. **B**i autem et hoc et aquam quartum: ut Empedocles ex quibus congregatis et segregatis et alteratis ait contingere generationes et corruptionem rebus.

Prosequitur intentum: et circa hoc duo facit. primo inquit de substantia: et numero eorum. **S**ecundo de mutua ipsorum generatione et corruptione. ibi. **Q**uonia autem determinatum est. **C**irca primum duo facit. primo determinat de materiali principio et formali elementorum. **S**ecundo de numero eorum. ibi. **Q**uonia autem quatuor elementa. **C**irca primum duo facit. primo determinat de principio materiali. **S**ecundo de formaliibus. **S**ed non minus. **C**irca primum duo facit. primo determinat de materia elementorum secundum opinionem aliorum. **S**ecundo per opinionem propriam. ibi. **N**os autem dicimus. **C**irca primum duo

facit. primo ponit opiniones aliorum. **S**ecundo reprobat eas. ibi. **Q**uonia quidem igitur principia. **D**icit ergo primo quod quidam fuerunt qui posuerunt tantum unam materiam elementorum: sed isti diversificati sunt: quidam enim dixerunt quod illa materia erat aer: quidam vero quod ignis. **S**ed isti diversificati sunt: quidam enim posuerunt quoddam corpus medium igne: quidam densius: aere autem subtilius. **C**onveniunt omnes isti in hoc quod dixerunt ipsam materiam elementorum esse corpus separabile actu: et per se existens. **A**lii vero fuerunt qui dixerunt materiam elementorum esse plurificatas per numerum: et isti etiam diversificati sunt: quia quidam dixerunt ipsam esse ignem: et terram quidam vero addunt tertium. scilicet aerem. quidam addunt quartum. scilicet aquam: sicut Empedocles. **D**icunt autem tam ponentes duo quam ponentes plura duobus per congregationem et segregationem ipsorum fit generatio et corruptio in rebus. **D**einde cum dicit.

Quonia quidem igitur prima principia et elementa bene habet dicere quod sit confessum ea: quibus transmutatis aut secundum congregationem aut segregationem vel secundum aliam transmutationem contingit generationem esse et corruptionem. **S**ed facientes quidem unam materiam extra predicta: hanc autem separabilem et corpoream peccant. **I**mpossibile enim sine contrarietate esse corpus hoc sensibile. **A**ut enim leve: aut grave: aut calidum aut frigidum necesse infinitum hoc quod quidam dicunt esse principium.

Reprobat predictas opiniones. et hoc primo. secundo quasi incidenter reprobat opinionem platonis. ibi. **U**t autem in thimo scriptum est. **A**dvertendum autem est circa primum quod non reprobat opinionem ponentium plura elementa: sed ad presens concedit eam tanquam propinquam aequaliter veritati. unde dicit quod sit concessus illis qui ponunt plura elementa esse principia: per quorum transmutationem fit generatio: et corruptio siue ista transmutatio sit congregatio et disgregatio: siue quecumque alia transmutatio: isti quodammodo bene dicunt. **R**eprobat autem primam opinionem: unde dicit: facientes unam materiam: et hanc corpoream et separabilem ab omni contrarietate: et ab omni forma elementalibus: sicut quod est medium inter ignem et aerem peccant: quia impossibile est quod corpus sensibile sit sine contrarietate: oportet enim quod illud corpus infinitum quod ipsi dicunt esse principium sit aut grave: aut leve: et si quidem erit leve movebitur ad locum ignis. **S**i autem grave movebitur ad locum terre. **C**uius autem motus est et locus illius est forma quam motus et locus sequuntur. ergo est terra vel ignis: et sic per consequens est calidum aut frigidum: et sic non erit sepabile contrarietate: et a forma elementalibus: ut ipsi ponebant. **D**einde cum dicit.

Ut autem in thimo scriptum est nullas habet determinationem. **N**on enim dixit manifeste peradoxis si separatur ab elementis. **N**eq; videtur materia nihil dicens esse subiectum aliquod vocatis elementis prius: ut aurum operibus aureis certe: et hoc non bene dicitur hoc modo dictum. **S**ed quorum quidez est alteratio ita. **Q**uorum autem est generatio et corruptio impossibile illud enunciari ex quo generatum est. **S**ed tamen inquit longe verius est esse aurum dicere unumquodque esse.

3.

4.

De generatione et corrup.

5. **C**Sed elementis entibus solidis vsq; ad plantam facit dissolutionem: impossibile aut matrem et materiam primam planam esse.

C Reprobat opinionem platonis de principio elementorum. d. q. illud quod dixit plato in thymeo nullam habere determinationem: quia nihil dicitur determinate et manifeste: non enim dicitur manifeste et determinate: si illud principium quod vocavit paderes. i. receptaculum omnium separatum ab elementis: ita quod sit aliquo actu elementis sub forma elementis vel non: neque et dicitur: quod esset aliquod materiale principium ipsorum elementorum.

C Sed dicitur quod subiectum elementorum se habet ad elementa: sicut aurum se habet ad opera operata ex auro. **C** Sed certe hoc non bene dicitur: quia ipse est quod id quod est subiectum generationis: sicut materia dicitur de ipso generatione: sicut non dicimus quod caro sit terra sed terrea. **C** Sicut illud quod alteratur non recipit predicationem passionis in recto: non enim potest dici quod bene sit albedo: sed albus. plato tamen dicit quod verius est dicere unumquodque operatum factum ex auro esse aurum quam ipsum esse tale. Si autem verius est dicere per se factam ex auro esse aurum quam per se factam: ita et verius erit dicere ignem vel aquam vel aliud generatum esse ipsum subiectum quam esse ignem vel aquam. **C** Potest ergo breviter sic ratio formari: ipse est quod subiectum generationis predicatur in recto de generatione: sed subiectum quod ponit plato predicatur in recto de elementis. ergo ipse est quod sit subiectum generationis et corruptionis ipsorum. Ad hoc et peccat plato: quia cum elementa sint corpora solida: dicit tamen quod materia eorum dissolvitur vsq; ad superficiem. ut patet in 3o de celo et mundo. Impossibile enim est quod materia prima que est sicut materia sit superficies. **C** Deinde cum dicitur.

T. c. 3.

6. **C** Nos autem dicimus esse aliquam materiam unam corporum sensibilium: sed hanc non separabilem: sed semper cum contrarietate ex qua generantur vocata elementa. Determinatum est autem de his certius: et in alijs. Sed tamen quoniam et hoc quo modo sunt ex materia prima corpora determinandum et de his. Principium quidem et primum existimantes esse materiam inseparabilem quidem. Subiectam autem contrarijs. Neque enim calidum materia est frigidum: neque hoc calido: sed subiectum amborum. Quapropter quidem primum potentia corpus sensibile principium. Secundo autem prime contrarietates. dico autem. Verbi gratia. caliditas et frigiditas. Tertio autem ignis et aqua talia. Hec quidem transmutantur ad invicem: et non ut Empedocles et alij dicunt: semper enim esset alteratio: contrarietates autem non transmutantur. Sed non minus erit corporis qualia et quanta dicendum principia. Alij quidem enim supponentes unum et non dicunt quare aut hec aut tanta.

C Determinat de materia que non est separabilis sicut ab omni forma elementis: nec ab omni contrarietate elementorum secundum propriam opinionem. d. quod est aliquid una materia sensibilium corporum. scilicet elementorum: que non est separabilis simul ab omni forma elementis: nec ab omni contrarietate: sed semper est sub aliquid forma et aliquid qualitatibus. scilicet quibus ipsam formam ex ista materia generantur sensibilium corpora que vocantur elementa. excusando autem se a maiori declaratione: dicit quod determinatum est in alijs certius. scilicet in 3o celi et mundi. Sed quia ibi non est plene determinatus modus: secundum quem ex materia generantur corpora prima. **C** Determinatum est hic quo generentur. Ad hoc enim manifestacione dicitur sumendum esse pro principio hoc quod dicitur est. scilicet quod est materia una subiecta dicitur esse

T. c. 53

parabilis ab eis. quia semper est cum altero dicitur. Et hoc probatur per hoc quod caliditas non potest esse materia frigiditatis: nec e converso. Sed oportet aliquid esse tertium. ut dicitur in 1o in 2o. meta. et in 1o physici. quod est subiectum amborum dicitur: et de uno transmutatur in aliud. Et id principium principium est id quod est potest corpus sensibile: et illud est materia dicta. **C** Sed contra hoc principium sunt contrarietates qualitatibus distinguentes et determinantes partem materiae. v. g. caliditas et frigiditas et hoc. **C** Tertium iam erit elementum constitutum ex his: puta ignis vel aqua vel hoc. Et alia elementa transmutantur ad invicem: dum eorum composita materia mutat de una forma in aliam: ut de igne in forma aeris: et sicut de alijs: unde non est verum quod Empedocles dicit: et quodammodo alij. quod elementa non transmutantur. **C** Si enim immutabilia sunt ut quod solus fuit ignis semper sit ignis. tunc nunquam esset generatio: nec alteratio: quod est manifeste falsum: quia secundum contrarietatem transmutantur: sicut videmus ad sensum: quod eadem materia: que nunc est sub frigiditate aqua aliquid est sub caliditate aeris: et quod erat sub caliditate aeris: aliquid est sub caliditate ignis. **C** Tu ergo hoc qualitates. scilicet quod sunt formas subales elementorum sicut effectus: causas sequitur: quod si fiat transmutatio ipsarum qualitatibus: et quod est sit transmutatio in formis subalibus. **C** Sed non minus videtur: et ut corpus) postquam per se determinavit de principio materiae elementorum: hic determinat de principio formali. et per dat intentionem suam. Secundo per se iterum. ibi. Quoniam igitur quoniam. **C** Dicit ergo primo quod non minus debemus dicere de principio formali elementorum quam de materiali. Et intelligo per formale principium ipsas sensibilium qualitates partem materiae vel materiam distinguentes secundum quas illa corpora qualia sunt. Inquit enim. hic per se principium corporum sensibilium in quantum sensibilium sunt ut ipse dicit in 1o. Si autem dicitur quod velit ingredi principia formalia subalia: tunc dicendum est quod quod forme subales sunt nobis ignote: quia insensibiles: ideo per istas qualitates que sunt immediata principia transmutationis subalis dat intelligere ipsi formalia principia substantia: lia: et id dicit quod et oportet dicere quanta in quot sunt iste qualitates ideo autem de istis determinare oportet: quia alij philosophi non reddunt causas quare sunt. sed solum ex suppone utuntur eis. **C** Deinde cum dicitur.

T. c. 10. 71.

7. **C** Quoniam igitur querimus corporis sensibilium principia: hoc autem est tangibile. Tangibile autem cuius est sensus tactus. Manifestum quoniam non omnes contrarietates corporis species et principia faciunt: sed solum que secundum tactum: et secundum enim contrarietatem differunt: et secundum tangibilem contrarietatem. ideo neque albedo et nigredo: neque dulcedo et amaritudo. similiter autem neque aliarum contrarietatum aliquid qua facit elementum.

C Prosequitur intentionem: et circa hoc duo facit. primo ostendit quod non omnes contrarietates sunt forme elementorum perfective: sed solum tangibiles. Secundo non omnes tangibiles: sed solum prime: et ostendit que sunt prime. ibi. Ipsorum autem tangibilium dicit ergo primo quod quia nos querimus principia corporis sensibilis. et non omnia sensibilis: solum tangibilis: tangibile autem solum est sensus tactus: manifestum est quod non omnes contrarietates faciunt species siue formas corporis sensibilis: sed solum ille que sunt sensibiles secundum tactum: et ideo nec albedo: nec nigredo: nec dulcedo et amaritudo: nec aliquid alia sensibilis qualitas que non est tangibilis: facit elementa et huius causa est: quia non sunt prime: nec active: nec passive ad invicem. Cuiusmodi oportet esse principia primorum corporum. scilicet elementorum. et ideo non transmutant ea que tangunt: et propterea non valent ad generationem et corruptionem elementorum. **C** Deinde cum dicitur.

C Quoniam prior visus tactu: quapropter et subiectus prius. Sed non est corporis tangibilis passio secundum quod tangibile: sed secundum aliud et si contrarietate natura prius.

Remouet quoddam dubium. Cum querat hic philosophus formas perfectiue corporum et quod cuius visus sit potest tactus: et ideo obiectum visus sit prius obiecto tactus: potius videtur quod forma perfectiue elementorum sunt querende penes differentias visus quam tactus. Sed hoc remouet dicens: quod cuius visus sit in modo potest tactus: quia forma est dignitate potest esse omnibus sensibus: et ideo obiectum visus prius est obiecto tactus: tamen qualitas que est obiectum visus non est corpus tangibile secundum quod tangibile etiam si visus contingat esse secundum naturam primam: potest enim forma et dignitate et sine omnibus sensibus: et si est: ut dicitur: est: et obiectum visus prius est obiectis aliorum sensuum: non tamen omne visibile: sed solum lumen siue lux: quia per ipsam mouet celum materiam generabilem et corruptibilem ad omnem formam. Tactus autem subiecto potest esse: quia subternitur omnibus sensibus. ut patet secundo de anima: et siue contrarietates sunt cause omnium contrarietatum: hoc patet quod non sentimus secundum tactum: nisi id quod excellit secundum qualitates complexionatas mediis tactus quod est caro: et ille sunt calidum frigidum humidum et siccum: quarum nulla est in celo: et ideo celum secundum naturam non est sensibile tactu: sed solum elementa in quibus sunt quatuor qualitates ex quibus fit complexio et tactus. Deinde cum dicit.

S. **I**psorum autem tangibilium diuidendum que prime differentie et contrarietates. Sunt autem contrarietates secundum tactum: be: calidum et frigidum: humidum et siccum: graue leue: durum molle: lubricum aridum: asperum lenem: grossum et subtile.

Z.c. **84.** Ostendit quod non omnes qualitates tangibiles sunt forme perfectiue elementorum. sed solus prime actiue et passiuæ sunt ad inuicem. et circa hoc tria facit. primo diuidit qualitates tangibiles. Secundo ostendit quod non solum hec quatuor. scilicet calidum. frigidum. humidum. et siccum. sunt actiue et passiuæ: horum autem tria ostendit quod ipse sunt prime: quia ad ea omnes alie reducuntur. ibi. (Subtile autem et grossum) Dicit ergo primo. quod diuidende sunt tangibiles qualitates siue contrarietates ut videamus que earum sunt prime. Sunt autem contrarietates secundum tactum hec calidum. frigidum. humidum. et siccum. graue leue durum et molle: lubricum aridum asperum lenem grossum subtile. (Rarum autem et densum. ut in quarto philosophi. dicitur: non sunt qualitates physice: sed positio partium materie secundum proportionem in denso: et hinc remotum in raro. Deinde cum dicit.

Horum autem graue quod est et leue: neque actiua: neque passiuæ: non enim in faciendo aliquid aliud: neque in patiando ab alio dicuntur. Operatur autem actiua inuicem et passiuæ esse elementa: miscens enim et transmutans ad inuicem.

Ostendit quod hec solus quatuor qualitates sunt actiue et passiuæ ad inuicem: et per omnes quod sunt forme elementorum. Sed quod graue et leue sunt proprie qualitates elementorum de quibus posset videri quod eent ipsorum formalia principia. ideo primo dicit quod non sunt actiua nec passiuæ: et hoc declarat per modum significandi modum ipsorum: quod non significat actionem vel passionem: cum non sint nomina verbalia. Cum autem elta miscantur et transmutentur ad inuicem: oportet quod sint actiua vel passiuæ. Talia autem esse non possunt: nisi per formalia sua principia. Ex his igitur manifeste sequitur quod nec graue nec leue sunt formalia principia elementorum. Deinde cum dicit.

Calidum enim et frigidum humidum et siccum: hec quod est quia actiua sunt: hec autem quia passiuæ dicuntur. Calidum enim est quod congregat homogenea. Segregare enim quod inquit facere ignem: congregare autem est que eiusdem tribus: contingit enim

extollere alienigena. Frigidum autem quod coniungit et congregat similiter et singeneæ et non eiusdem tribus.

Humidum enim indeterminatum proprio termino bene terminabile ens alieno: siccum autem bene terminabile proprio termino: difficulter autem terminabile alterius.

Ostendit quod hec quatuor qualitates. scilicet calidum et frigidum. humidum et siccum. sunt actiue et passiuæ. ostendit hoc de calido et frido. d. quod calidum et fridum sunt actiua. humidum et siccum sunt passiuæ. Sic dicitur. sic significat eorum nomina: et hoc precipue secundum grecos: quod forte habent nomina verbalia actiones et passiones significatiua. Deinde declarat hoc idem per diffinitiones ipsorum. Calidum. n. est quod congregat homogenea sibi: quod subtile quod calido est. ueniens attrahit: s. n. calidum segregat: sic dicitur quod ignem facere: tamen illud segregare est congregare: quod congregatio homogenea segregat et herogenea per accensum. Quod autem fridum sit actiuum: per hoc patet: quod congregat omnia tam que sunt eiusdem nature quam illa que sunt diuerse. Aliquid. n. aqua terra palea et hinc per coagulationes facta a frido congregat. Secundo ibi. (Humidum. n.) Ostendit quod humidum et siccum sunt passiuæ per diffinitiones eorum: differunt. n. per passionem eorum: humidum. n. est indeterminatum proprio termino bene terminabile termino alieno: siccum autem terminat termino proprio: difficulter autem terminabile termino alieno. Deinde cum dicit.

Subtile autem et grossum: lubricum et aridum et durum et molle et alie differentie ex his sunt. Quoniam enim repletum est humidum: quia non est terminatum quidem: bene autem terminabile ens: et quia sequitur tangetur. Subtile autem repletum: subtilium autem partium et paruorum partium repletum: totum enim totum tangit: subtile autem maxime tale. Manifestum autem quoniam subtile quidem erit humidum: grossum autem siccum.

Ostendit quod predicte quatuor qualitates sunt prime: quod ad eas omnes alie reducuntur: et hoc per factum. ostendit quod ille non reducuntur ad alias ibi. (Hec autem non amplius). Circa primum duo facit. primo ostendit quod iste sunt prime. Secundo distinguit siccum et humidum: quod non omne humidum: nec est siccum est prima qualitas. ibi. (Dicuntur autem siccum et humidum) Circa primum duo facit. per primum quod omnes alie qualitates sunt ex his. d. quod subtile grossum et lubricum et aridum et durum et molle: et omnes alie omne sensibiliu qualitatium sunt ex his. Secundo ibi. (Quia est repletum). per primum: et circa hoc tria facit: quod per reducit ad istas quatuor hanc differentiam subtile et grossum. et lubricum et aridum. ibi. (Et rursus lubricum). et molle et durum. ibi. (Amplius molle quod est) Dicitur quod subtile est ex humidum: quod per ex diffinitione humidum: quod humidum est ex eo quod non bene terminat termino proprio: s. bene terminat termino alieno est repletum: quod sequitur vndique tangens ipsi eo quod fluit versus ad ipsi tangens: subtile autem repletum: eo quod ipsum subleitate: quod sibi inuicem subleitat. vnde manifestum est quod subtile est effectus humidum: per oppositum autem grossum erit effectus siccum: grossum autem est cuius partes seculente non distinguuntur et excedit capacitatem eius quod natum est repleri: sed vnde quod hec ratio philosophi non valeat: cum sit ex duabus affirmatiuis in 2a figura. dicitur. n. humidum est repletum subtile repletum: s. subtile est humidum. Sed est obis quod cum in quibus gne sit deuenire ad vnum primum quod est causa sequenti. ut dicitur in 2a meta. 03 quod in gne repletum sit vnum primum quod se sit repletum: et a quod alia repletia precipitate tale autem est primum humidum quod supra diffinitum est. vnde hinc ratio philosophi non teneat ratione ordinationis terminorum in figura: valet tamen ex habitudine cause effectus. Deinde cum dicit.

Haec enim dicitur dicitur hic quod non dicitur inuenitur sicut dicitur aliquid dicitur dicitur dicitur

10.

De generatione et corrup.

Et rursus lubricum quidem humidum.
ii **L**ubricum autem aliquid humidum passivum est velut oleum.

12 **A**ridum quidem siccum. Aridum enim perfecte siccum: quapropter et coagulata sunt propter defectum proprie humiditatis.

Reducit aliam tripartem ad predictas quatuor qualitates. scilicet lubricum et aridum. d. q. lubricum reducitur ad humidum: quia lubricum est humidum aliquid passivum. Lix enim humidum patitur commixtionem subtilis terre: et est yunctuosum: tunc fit lubricum: quia substantiale: terreum sibi commixtus non sinit separari partes eius: sicut apparet in oleo et alijs yunctuosis.

Aridum autem est quod est perfecte siccum non retinet nec subtile terreum: nec etiam humidum yunctuosum: et ideo que coagulantur calido. primo humiditatem propriam extrahente: postea vero frido faciente partes consistere sibi.

Amplius molle quidem humidum: molle enim quod subijcitur in seipsum et non transmutans quidem quod facit humidum. Ideo enim non est humidum molle sed molle humidum: durum autem siccum. Durum enim est quod coagulatum est: coagulatum enim siccum.

Reducit tertia tripartem. scilicet molle et durum. d. q. molle est effectus humidum. Molle enim est quod cedit tangenti: differt tamen ab humido: quia humidum transmutat tangens: quia humectat sed molle in quantum tale non transmutat tangens: et ideo molle non est humidum: sed est effectus humidum. **D**urum autem reducitur ad siccum: sicut effectus ad suam causam. **D**urum est enim quod tangenti non cedit: quia est coagulatum. Coagulatum est effectus siccum. ut prius dictum est.

14 **D**icuntur autem siccum et humidum multifarie. **O**pponitur autem siccum et humidum et ydium: et rursus humido et siccum et coagulatum. **O**mnia autem hec sunt siccum et humidum primorum dictionum. **Q**uoniam enim humido opponitur siccum. **E**t humidum quidem est quod habet alienam humiditatem superficietenus. **I**nfusum autem quidem quod in profundo. **S**iccum enim quod privatur hac: manifestum est quoniam humidum quod erit humidum oppositum et siccum primi siccum.

15 **R**ursus autem humidum et coagulatum similiter. **E**t humidum quidem est quod habet propriam humiditatem in profundo. **I**nfusum autem quod habet alienam humiditatem in profundo. **C**oagulatum autem quod privatur hac: quapropter et horum erit hoc quidem siccum: hoc autem humidum. **M**anifestum igitur quoniam omnes alie differentie reducuntur ad primas quatuor.

Distinguit humidum et siccum. d. q. siccum et humidum dicuntur multis modis: est enim quoddam humidum quod habet humiditatem in profundo: et hoc potest esse dupliciter: quia si habet propriam humiditatem quod admodum vult proprie de humida. **S**i autem habet extraneam sicut spongia de humidum infusum. **E**t est quoddam humidum vel nudum secundum aliam litteram quod habet humiditatem in superficie: quod Lomen tator: noiat irroratum: et omnibus istis modis elementum humidum

opponitur siccum. **S**ed sciendum etiam quod multipliciter dicitur siccum: uno enim modo dicitur siccum corpus grossum et aridum in superficie: et hoc proprie opponitur humido in superficie. **A**lio autem modo dicitur siccum coagulatum quod non habet humiditatem in profundo: et huic siccum proprie opponitur humidum infusum. **O**mnia autem hec. scilicet humidum istis modis dictum et siccum aridum et siccum coagulatum: sunt effectus primi humidum: et primi siccum. **D**e aspero autem et levi non facit prius mentionem: quia manifestum est quod ad illas quatuor reducuntur: asper enim est quod habet siccitatem in superficie: que in equaliter partes eius consistere facit: lene autem in superficie habet humorem: qui equaliter facit fluere partem ad partem: et ideo unum horum est effectus siccum. scilicet asperum: et aliud est effectus humidum. scilicet lene: concludit igitur ex predictis manifestum esse quod omnes alie differentie tangibilium qualitatum ad illas quatuor reducuntur.

De autem non amplius in minores. **N**ec enim calidum quod siccum aut quod humidum. **N**ec humidum quod calidum aut quod frigidum. **N**ec frigidum quod siccum: nec sub invicem: nec sub calido et humido sunt: quapropter necesse quatuor esse has.

Ostendit quod ille non reducuntur ad alias: nec in pauciores: nec ad se invicem: quia calidum non est siccum: ita quod caliditas sit frigiditas quedam vel effectus eius: nec frigiditas est caliditas vel siccitas vel humiditas quedam. **N**ec humiditas est caliditas vel frigiditas. **N**ec frigiditas vel siccitas. **N**ec calidum est frigidum vel e converso: sicut sub causa: nec est frigiditas et caliditas sunt sub humido et siccum vel e converso. **N**ecesse est igitur has quatuor qualitates esse primas. **S**ed videtur non esse verum: quia in primo metaphysice dicitur quod stelle per motum suum: et per reflexiones primariorum radiorum causant calorem in istis inferioribus et maxime sol: et ita videtur quod non omne calidum sit effectus primi calidi cum ipse stelle non sint calide: nec per tales qualitates effecte calide. **S**aturnus etiam dicitur causare frigiditatem in aere: et ita non omne frigidum erit effectus primi fridi. **A**d quod dicendum est quod philosophus hic loquitur de qualitatibus actiuis et passivis ad invicem iter quas sunt predictae quatuor qualitates: ut ostensum est. **Q**ualitatem autem stellarum: puta lux vel aliqua alia virtus earum: causaret in istis inferioribus aliquam qualitatem: non tamen ab eis patiuntur. cum eorum substantia non coincident in materia. ut dicitur in 12^a meta. et ideo cessat obiectio.

Quoniam autem quatuor elementa: eorum autem quatuor sex coniugationes sunt: contraria autem non innata sunt coniungi. **C**alidum enim et frigidum esse idem: et rursus humidum et siccum impossibile. **M**anifestum autem quoniam quatuor erunt eorum coniugationes: calidum et siccum: calidum humidum: et rursus frigidum et humidum: et frigidum et siccum. **E**t assecutum est hoc secundum rationem simplicibus apparentibus corporibus: igni et aeri et terre et aque. **I**gnis enim calidus et siccus. **A**er autem calidus et humidus: velut evaporatio enim aeris. **A**qua autem frigida et humida. **T**erra autem frigida siccum. **E**t rationabiliter distribuuntur differentie primis corporibus: et multitudo eorum sit secundum rationem.

Handwritten marginal note in the left margin, partially illegible.

Handwritten marginal notes on the right edge, including 't.c.' and 'io.'.

Postquam philosophus determinavit de principijs elementorum. scilicet de materiali et formali: hic determinat de numero eorum: et circa hoc duo facit. primo determinat de numero eorum. Secundo cum in quolibet elemento sunt due qualitates: ostendit in quolibet que qualitas dicitur in eo. ibi. (Sed tamen simpliciter quatuor entia) Circa primum duo facit. primo probat numerum elementorum. Secundo confirmat deum suum per opiniones aliorum. ibi. (Quod enim qui simplicia corpora) Ad eundem primum partis. Sciendum est quod elementum cõiter sumptum potest dici omne quod venit in compositione alicuius. Est enim elementum ex quo componitur aliquid. primo et est in eo. ut dicitur in quinta meta. scilicet hoc ergo sumendum cõiter elementum ipse primum quatuor qualitates possunt dici elementa: cum ex ipsis: ut dicitur in ista. componantur sex coniugationes: vel aliter. (Quia modo in hoc dicuntur elementa primum per positiones demonstrationis ex quibus virtute procedunt ceteræ demonstrationes in quas omnes propositiones alie reducuntur. ad hoc ergo similitudine ipse primum tagibiles qualitates possunt dici elementa: quia omnes alie ut ostensum est sunt effectus earum: et in eas ceteræ reducuntur. dicit ergo primo philosophus. (Cum sint quatuor elementa. id est quatuor tagibiles qualitates: et non quatuor simplicia corpora: ut quodam exponitur: nondum enim probatum est numerus earum: aut quatuor qualitatum sunt coniunctiones scilicet calidum et frigidum: siccum et humidum: que sunt due impositæ coniugationes: quia ipse est tria esse in eodem: manifestum est quod solum relique quatuor coniugationes erunt poles. scilicet calidum et siccum calidum et humidum: frigidum et humidum: fridum et siccum. Et hoc quod dictum est secundum hanc rationem assecutum est. id est. ueniens est his que apparerit in simplicibus corporibus. scilicet in igne aere aqua et terra. Ignis enim est calidus et siccus: et ita constituitur per primam coniugationem. aer calidus et humidus per secundam: aqua frida et humida per tertiam. Terra frida et siccæ per quartam: sic primum dicitur qualitatibus rationabiliter distribuuntur primis corporibus. id est quatuor estis et multitudo partium corporum sit secundum predictam rationem: quia scilicet primum qualitates non possunt nisi quadrupliciter combinari. Deinde cum dicit.

Omnes enim quidem qui simplicia corpora elementa faciunt: hi quidem unus: hi autem duo: hi autem tria: hi autem quatuor faciunt. Quicumque quidem igitur unum dicunt solum: deinde de densitate et raritate alia generant: his contingit duo facere principia: et rarum et densum: aut calidum et frigidum. Hec enim actiua: unum autem supponitur quemadmodum materia. Qui autem motus duo faciunt: ut parmenides ignem et terram media mixturam faciunt horum: pura aerem et aquam.

19. Similiter autem et qui tria dicunt quemadmodum plato in diuisionibus: medius enim mixturam facit: et fere eadem dicunt et qui duo et qui tria dicunt: prout quod hi quidem incidit in duo media: hi autem unus solus faciunt.

Confirmat quod dixit per opinionem antiquorum: duo autem dixit philosophus: primum est quod extra non sunt plura quam quatuor. Secundo est quod ipsa agunt et patiuntur per duas trias tagibilibus qualitatibus in quibus duobus concordat quodam modo cum antiquis. unde dicit quod omnes antiqui dicunt extra simplicia corpora ueniunt in hoc quod non excedunt ternarium numerum. differunt tamen quod quodam dicitur primum est esse tantum unum. Quidam dicunt elementa esse duo. quodam tria quodam quatuor: ergo in hoc concordat cum antiquis qui quaternarium numerum non transcedunt. Concordat et cum eis in secundo: quod dicunt ipsa elementa: siue unum: siue plura pati per duas qualitates. Qui

cumque enim unum solum dicitur elementum: dixerunt alia generari ex ipsa densitate et raritate que sunt due qualitates. (Isti ergo dixerunt duo principia propter elementum ipsum: quod dicebant esse quoddam media nam corporea subtiliore aere: et densiore igne ex quo per densitatem et raritatem ex eo alia generari vel per calidum et fridum: per fridum quodam condensans: per calidum autem rarefa faciens: hec enim qualitates: cum sint tria: agunt et patiuntur adiutricem: unum autem scilicet predictum elementum supponit eis sicut materia. Qui autem duo faciunt ut parmenides: qui ponit ignem et terram esse elementa: ponebat etiam iter ea duo media. scilicet aerem et aquam que dicebat fieri ex istis duobus per rarefactionem et densum: quod quum rarefit terra generatur aqua: quum autem condensatur ignis generatur aer: unde iste etiam ponebat ea pati per contrarias qualitates: et in hoc conuenit cum philosopho. Similiter autem et qui dicunt tria esse elementa ponunt duo extrema contraria: et unum medium sicut plato in suis diuisionibus ubi diuidit elementa: ponit enim unum ex parte forme ut magnum et paruum: que sunt contraria ex parte materie. Dicit etiam quoddam medium esse mixtum ex magno et paruo: fere autem dicit idem qui ponit duo principia et ponentes terram: utriusque enim ponit duo extrema: et differunt: quia ponentes duo elementa sicut parmenides ponit duo media. ponentes autem terram ponunt unum medium. Deinde cum dicit.

Quidam autem et motus quatuor dicunt: ut Empedocles: congregat autem et hec in duo. igni enim omnia alia contraponit.

Non est autem ignis et aer et unumquodque predictorum simplex sed mixtum. Simpliciter autem talia quidem sunt. non tamen eadem. U. g. quod quidem igitur igni simile igneum non ignis: et quod aeri acreum. Similiter autem et in alijs.

Ignis autem est superabundantia caliditatis quemadmodum et glacies frigiditatis. Coagulatio quidem et arsis superabundantie quedam sunt: hec quidem frigiditatis: hec autem caliditatis. Si igitur est glacies est coagulatio fridi et humidi ignis erit arsis calidi et siccæ: ideo nihil ex glacie generatur: neque ex igne.

Ponit specialiter opinionem Empedoclis: et eam declarat dicens quod quidam sicut Empedocles et eius sequaces ponunt statim quatuor elementa: dicit autem motus: quia licet aliqui posterint quatuor non tamen principaliter: sed duo media: sicut aerem et aquam dicebant ex alijs generari. Ista autem quatuor extra reducit Empedocles in duo tria: ex una enim parte ponit ignem: et ex alia parte igni tria alia contraponit. unde concordat Aristoteles cum Empedocle in duobus: licet non omnino. scilicet in numero eorum et trietate eorum: vltimum autem incidit declaratur opinionem. d. quod secundum Empedoclem extra que nos sentimus non sunt pura sicut ignis: que sentimus non est purus: neque aer: nec aliquid aliorum: sed unumquodque est mixtum. tamen simplicia extra sunt talia. id est istis que videmus similia: non tamen eadem. U. g. id quod est simile igni: puta flamma non est ignis: sed ignea: est enim flamma spiritus siccæ ardor. ut dicitur in primo metaphysice. Et quod est simile aeri non est aer: sed aerem: et similiter de alijs. Dicit et Empedocles quod ignis qui circa nos est: est quedam superabundantia caliditatis sic glacies est quedam superabundantia frigiditatis. Coagulatio enim et arsis sunt superabundantie quedam. hec quidem frigiditatis in glacie: hec autem caliditatis in igne circa nos existente. si igitur glacies est coagulatio humidum et fridum: et ignis est superabundantia arsis calidi et siccæ: quia utrunque eorum a temperamento mixtionis recedit.

Ergo hec p. medio e. p. a. m. h. v. b. q. p. s. m. h. v. b.

20

21.

De generatione et corrup.

Ideo nihil ex glacie generat: nec ex igne qui est circa nos: sed utrumque sit mixtur: secundum autem quosdam aliter iducit: de his ut legat secundum opinionem aristoteli. Deinde cum dicit.

